



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Vita Spirituali, Eivsque Perfectione - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1611**

Argvmentvm Totivs Operis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)



# ARGUMENTVM TOTIVS OPERIS.

I. Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos? I I. Diuertat à malo, & faciat bonum. I I I. Inquirat pacem, & sequatur eam. Ex Psal. 33. Iuxta tres partes huius versiculi suis numeris assignatas, tres etiam sunt Tomi huius operis: quorum quilibet suam partem interpretatur.

Tomus I. de perfectione, siue de fine vitæ religiosæ.

Argumentum huius Tomi.

*Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Per vitam, vitam spiritualem: per dies bonos, eiusdem vitæ perfectionē intellige. Ille namq; dies bonos, id est, iocundos habet, qui ad nonnullam saltem perfectionem euectus: affectibus pacatis, & perturbationibus consopitis, sincerissima tranquillitate creatori vniuersorum obsequitur. Vnde inscribitur, de fine vitæ religiosæ.*

Eius libri sunt.

*De incitamentis religiosorum ad vitam spiritualem consecrandam, Liber I.  
De vita spirituali, & eius partibus, Liber I I.  
De natura perfectionis vitæ spiritualis, Liber I I I.  
De mirabili dignitate perfectionis, Liber I V.  
De excitando desiderio perfectionis, Liber V.*

Tomus II. De exterminatione mali, & promotione boni.

Argumentum huius Tomi.

*Diuertere à malo, & fac bonum. Malum, vt ait Cassian. Collat. 6. c. 3. solum peccatum est, aut id, quod nos Deo reddit ingratos: & bonum est sola virtus, reliquis, quæ in numero bonorum computantur (vt sunt vita, salus, honor, diuitiæ, & reliqua huiusmodi) in classẽ mediõrum, sine indifferentiũ reiectis. Quare Tomus iste tractat de extinctione peccatorum ac vitiorum, & de victoria tentationum, & mortificatione affectuum, nec non & de acquisitione virtutum.*

Isti omnes libri pro exigentia materiæ in varias partes distribuuntur, prout in initio cuiusque tomi patebit.

*Inscribitur autem De exterminatione mali, & promotione boni.*

Eius libri sunt.

*De extinctione peccatorum ac vitiorum, Liber I.  
De mortificatione affectuum, Liber I I.  
De acquisitione virtutum Liber I I I.  
De fundamento virtutum, siue de humilitate, Liber I V.  
De tribus seminarys virtutum, siue de votis religiosis, Liber V.*

Tomus I I I. De inquisitione, & sequela pacis.

Argumentum huius tomi.

*Inquire pacem, & sequere eam. Pax nostra Christus est, vt Augustinus ad Psalm. 33. interpretatur, concors Paulo ad Ephesos I I. dicenti: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Christum vero precipue oratione, meditatione, & contemplatione querimus, & imitatione vitæ eius, quæ in lucrandis animabus nostris tota posita fuit, ipsum vteunque sectamur. Vnde Tomus iste agit, tum de studio orationis, tum de querendo profectu animarum. Inscribiturque, de inquisitione, & sequela pacis.*

Eius libri sunt.

*De oratione, Liber I.  
De materia orationis, Liber I I.  
De affectibus orationis, siue de oratione affectiua, Liber I I I.  
De contemplatione, Liber I V.  
De procuranda salute animarum, Liber V.*